



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CXI. Herzog Otto von Braunschweig vereignet dem Altar Simonis und Judä  
in der Catharinenkirche zu Salzwedel Hebungen aus Putlenz, am 21.  
September 1337.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

et confwetus. Datum Jericho, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>. feria III<sup>a</sup>. post diem beati Jacobi apostoli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. LVIII. — In Ludewig Reliqu. VII, 49 fehlerhaft mit der Jahreszahl 1336.

CXI. Herzog Otto von Braunschweig verzeignet dem Altar Simonis und Judä in der Catharinenkirche zu Salzwedel Gebungen aus Puffenz, am 21. September 1337.

Dei gracia Otto, Dux in Brunswich, omnibus in perpetuum. Ne decursus temporis ea que in ipso aguntur obliuioni tradat, veneranda adinuenit antiquitas ipsa in scripta redigi autentica et eorum testimonio perhennari. Ideo ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, quod Hermannus et Harnidus, fratres, dicti Puzladeker, Gertrudis soror eorundem nec non Henricus de Kemnitz pensionem vnus marce argenti Stendaligenis dandam et soluendam annis singulis in quolibet die beati Martini Episcopi de quatuor mansis sitis in campis ville Puttentze nobis ad manus altaris beatorum apostolorum Symonis et Jude, siti in ecclesia beate Catharine noue ciuitatis Soltwedel libere et voluntarie resignarunt cum instantia supplicantes, vt iam dictam pensionem altari predicto appropriare dignaremur et vnire. Nos igitur habentes proprietatem predictę pensionis in manibus nostris eandem pensionem cum omni iure vtilitate et proprietate ad petitiones predictorum et in honorem omnipotentis dei et gloriose matris eius Marie virginis et apostolorum predictorum ob remediumque anime nostre et animarum parentum nostrorum predicto altari appropriamus presentibus et vnimus, renunciantes pro nobis et successoribus nostris omni iuri, quod nobis in predicta pensione competiuit seu competere posset aliquo tempore in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes etiam huius rei sunt strenui viri Gunceelinus de Berthensleue senior, Johannes de Ampeleue, Conradus de Rostorp, Ludegerus, dapifer, milites fideles nostri, nec non Johannes de Brunswich, Johannes de Rekelinghe, Nicolaus dictus Verwere, opidani nostri noue ciuitatis Soltwedel predictę, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M. CCC. XXXVII., in die beati Mathei apostoli et euangeliste.

Gercken's Fragm. III, 145, 146.

CXII. Dieterich und Bernhard von der Schulenburg verkaufen an Vicke Bodo in Salzwedel eine Wiese bei Kriecheldorf, am 12. Mai 1339.

Nos Tidericus et Bernardus, fratres milites, dicti de schulenborch in hijs scriptis profitemur, Quod nos et nostri veri heredes vendidimus et vendimus per presentes discreto viro vickoni Bodonis, cui antique ciuitatis Soltwedel, et suis veris heredibus quoddam pratum, quondam pertinens ad curiam philippi de krichelendorpe defuncti, quod quidem pratum